

Stationi alicui, ad quam auditores ex Orientis provinciis adfluxerint undeque refluxerint, Romae Gaium praef-

ψευδῆ μαρτυρῆσαι Νικόδημος, ἐπιδέδεικται). 3, 48 (καὶ εἰ ἦν ἀληθῆ ἢ νῦν τετόλμηκας μαρτυρῆσαι, παραχρῆμα εὐθὺς τότε ἔτιμωρήσω ἢν τὸν ἀδικοῦντα). Demosth. 29, 15. — item contra, 1, 81; Dig. 3, 3, 46, 5 (cf. Cic. Top. 4, 23. Bell. Hisp. 1, 3), item ex diverso 1, 39, rursus ex diverso 3, 201, rursus ex contrario 2, 52 comparari possunt cum Graeco πάλιν αὖ, πάλιν αὗθις, quod tam frequenter incurrit, ut exempla adferre supersedeamus. — Quod Gaius dixit 3, 160 alterutrius alicuius, abundante 'alicuius', quod Huschkius perperam delevit, hoc nos meminisse iubet Graeci ἔτερος τις; unum aliquod negotium 3, 148 et una aliqua res Dig. 29, 4, 13; 16, quae cum Graeco εἷς τις componi possunt, quominus adferamus, impedimur eo, quod similia inveniuntur etiam apud Ciceronem. contra illud Gaio proprium 'duorum alterum aut—aut', quod legimus Dig. 35, 2, 73, 1 (libro XVIII ad ed. prov.) et Inst. 1, 1, 2, in paragraphe certe ex Gaio sumpta, quin idem sit atque Graecum δύοιν θάτερον ἢ—ἢ (exempla habes in Kruegeri Grammatica § 57, 10, 11; add. Plat. Phaedon. p. 66 E. 76 A. 102 E. Charm. p. 160 B. Polyb. 3, 90, 11. 22, 11, 7. Dionys. 2, 20. 3, 30. Diodor. 13, 105, 3. 14, 58, 4. Appian. b. c. 4, 68. Chariton 2, 10, 4. 3, 5, 6. 5, 6, 9. Procop. de bell. Goth. 4, 14, 25), dubitari nequit. — Singularis illa constructio, quae legitur 2, 123: 'nullo iam filio impedimento' aut, quod saepius invenitur, 'semel' cum participio absoluto (2, 41; 257. 4, 108), nescio an potius originem Graecam demonstrent quam Latinam. — Ne soloecismis quidem Gaius abstinuit. ubi secundum usum sermonis Latini exspectamus 'se', dixit: 'eum' 2, 252. 3, 198, 'eorum' pro 'sua' 1, 3, et vice 'sibi' pro 'ei' 3, 119. 179, 'se' pro 'eo' 4, 21. conferri potest etiam 2, 96 'cum istarum personarum nihil suum esse possit'. scripsit 'uenient' pro 'uenibunt' 2, 155, ac si fidem habere licet codici Veronensi, veniri 1, 160. 2, 155. 3, 146, transiebat 1, 111 (haec nos emendavimus); num recte traditum sit, quod legitur Dig. 38, 1, 19 'satis tempus', dubitare licet; similia inveniuntur apud auct. ad Herenn. 1, 1. Vitruv. 5, 6, 5 (cf. Madvig. de fin. 2, 84). cave tamen ex his omnibus effeceris Gaium hominem vere Romanum non fuisse, cum praesertim memineris 'transiet' iam Tibullum 1, 4, 27 scripsisse, postea Senecam quoque nat. quaest. 3, 10, 134, 'exiet' legi apud eundem Senecam Epist. 17, 9, 'iniet' Senec. de benef. 2, 1, 2, 'ueniet' in titulo Romano C. I. L. VI, 13203 = Bruns Font. I<sup>7</sup> p. 377 n. 2 et in novo fragmento metalli Vipascensis l. 42 (Bruns I<sup>7</sup>, 295), 'veniri' in titulo Romano C. I. L. VI, 21096 (Bruns I<sup>7</sup>, 377). cf. etiam, quae adnotavit Kuebler ad Mommsen, Juristische Schriften II p. 33 n. 18.